

## **Dissertatio Theologica De Felicibus Pavli Praedicatoris Inter Gentes Evangelium Successibus : Ad Dictum Rom. XV,18. 19**

Altdorfii Noricorum: Literis Iohannis Adami Hessellii, [1759?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861924274>

Druck Freier  Zugang





70

282

Fa - 1092 (70.)



1) Dissertatio magistralis de Regibus de *Dissertatio Schme. Joh. Godofred. Caspary*  
*Rofario*  
 2) Joh. Fried. Wendorf de Paschale *Dissertatio de virtutibus causae*  
*Arnohno exercitatio* *spaciatum in bello adversus Caru*  
*Dell. Georg. Jo. Godofred. Ingen. comment.* *ritas suscepto*  
 3) Joh. Christ. Wendorf de Deo impie *Dissertatio Schmeegas Dissertatio. Ri*  
*tator e sacris profanisque litteris* *tus Veterum et praecipuum morem*  
*breviter demonstratus* *ebraeorum dissectione animalium*  
 4) Joh. Christ. Wendorf de Christo pacifere *transituque per eorum segmenta*  
*torum* *foedera mundum exponens*  
 5) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Christ. Lud. Wender Proverbum*  
*tione Mesrae a patre ad munus medi-* *ello saieum Num. xxi, 14. explicatum*  
*atorum. sub N. T. in salutem gen-*  
 6) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *in Spiritum Sanctum inemphibitate*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *de utilitatibus ex doctore Theologiae*  
*atorum. sub N. T. in salutem gen-* *sollemni ritu declarato in ecclesia*  
 7) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *cini praest. remouantibus*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-*  
 8) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Godofredus Christ. Tassenau de*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *Peccato in Spiritum Sanctum*  
 9) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Carl. Christ. Thierme de imagine di-*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *uinae humanae Christi natura*  
 10) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Joh. Es. Christ. Herne de Christi ad*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *Abgarum epistola*  
 11) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Abraham Gottwerf. Jorke Dissor-*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *tatio sistens correcturas de actate*  
 12) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Codices Alexandrii*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *Christoph. Zachar. Stambanek. Schabo*  
 13) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *uis de virtute verbi. Iam in hyp-*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *ca an morali*  
 14) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca- *Georg. Lud. Gronii. Pelagiani*  
*tionem Mesrae a patre ad munus medi-* *systematis delineatio*  
 15) Joh. Fried. Wender Dissertatio de voca-

1 16  
 2 17  
 3 18  
 4 19  
 5 20  
 6 21  
 7 22  
 8 23  
 9 24  
 10 25  
 11 26  
 12 27  
 13 28  
 14 29  
 15 30

- 24) Joh. Ernest Schrabbert de vno ex Tri-  
nitate refutatio
- 25) Joh. Ernest Schrabbert de operationibus apostolorum testium reliquorum Chris-  
tiani gratiae
- 26) Joh. Carl Lud. Specht de fide miraculosa
- 27) Joh. Job. Roentgen de Gualthero Eremita
- 28) Joh. Jae. Harder de felicitate Sauli  
proae dicantur inter gentes Evangelium  
successibus Ad Rom. xii. 18. 19
- 29) Hermannus Ellerer de vestigiis  
religionis patriarchalis inter gentes  
sub V. T. et quidem a diluvio ad com-  
morationem Israelitarum in Aegypto
- 30) Fried. August. Romgheb Theologie  
mena de terrae motu
- 31) Philip Lud. Buch de sententis ami-  
corum Iohi ad delegenda primordia  
salsi cultus
- 32) Joh. Phil. Buttchus de Phrao & S.  
Timons Deum atque timor Dei
- 33) Philip Jae. Handwerker paraphrasi  
prioris Epistolae Petri
- 34) Wernerus Neumer de Eux xpo  
vno sine decore civili hominis Christiani
- 35) Samuel Ellurpna de origine gene-  
ris humani
- 36) Sig. Jae. Baumgarten de Aethiopia  
et affribus Orientis Inquis de  
Graeco verum
- 37) Chri. Gottlob Kalle de Dexteri-  
tate sine aptitudine et sinceritate  
franae fide dignitatum
- 38) Joh. Sam. Lindinger de usu  
scripturarum Graeciae de Latine in  
Theologia
- 39) M. So. Christp. Jaenick Sen. Protoga  
ea novo specimine argumenti  
mathematici et philosophici retracta
- 40) Joh. Casp. Horeus de transitu tra-  
situarum per mare rubrum Dei  
miraculo ad exph. adaverita Gud. xv. 21
- 41) Joh. Godof. Zocher de ludis Illuminis  
in V. T. commemoralis
- 42) D. Sam. Weronjesen Theologie  
transitum unum in fluvio Iupit.  
Suisurmi
- 43) Gottl. Bened. Hoffmannus de ara octonis  
Christianis imperatoribus usus
- 44) J. J. Ch. J. G. De crucis signaculo
- 45) Joh. Fried. Lippoldi doctrinae de tanto loqui
- 46) Laurent. Albert. Giese de possibilitate rene-  
lacionis divinae
- 47) Jo. Henr. Carlens de usu caeremoniarum in ecclesia
- 48) Ant. Carl Lud. Carlens de summa quam  
Deo semper debemus reverentia
- 49) Henr. Jo. Carlens de reys otitis Christiana
- 50) Carl. Frith. Schumannus de matrimonio con. laenhu
- 51) Joh. Bened. Casp. Jovinus de periculis Euan-  
geliorum et epistolarum non temere abrogandi
- 52) Jo. Ch. Sichter de terranis donorum munificentia  
extraordinariorum ex dict. Paul. Epist. 11. 13. oratio  
de reys otitis Christiana de reverentia de non profanis  
reys otitis a suppositione Christiani

DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
FELICIBVS PAVLLI  
PRAEDICANTIS INTER  
GENTES EVANGELIVM  
SVCCESSIBVS

AD DICTVM ROM. XV, 18. 19

---

QVAM  
DIVINIS SVB AVSPICIIS  
PRAESIDE

DOM. IOHANNE BARTHOLOMAEO  
RIEDERER

SS. TH. DOCTORE ET PROFESSORE P. O. NEC NON ECCLESIAE  
ALTDORFINAE DIACONO

PATRONO PRAECEPTORE HOSPITE OB INNVMERA  
BENEVOLENTIAE AMORIS ET BENEFICIORVM GENERA

FILIALI CVLTV PROSEQVENDO VENERANDO

IN CELEBERRIMA NORICORVM VNIVERSITATE  
AD DIEM XX OCTOBRIS A. R. S. MDCCLVIII

IN CIRCULO ACADEMICO

PLACIDO COMMILITONVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR RESPONSVRVS

IOHANNES IACOBVS HARDER

AVGVSTA - VINDELICVS SS. THEOL. CVLTVR.

---

---

ALTDORFII NORICORVM  
LITERIS IOHANNIS ADAMI HESSELII,

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

FELICIBVS PAVLI

PRÆDICANTIS INTER

GENTES EVANGELIVM

SUCCESSIVS

ADDICTVM ROM. XV. 18. 19.

QVAM

DIVINIS SVB AVSPICIIS

PRÆSIDIO

DOM. IOHANNIS BARTHOLOMAEO

REIDERER

ET THEOLOGICAE ET PROFESSORIS P. O. NEC NON ECCLESIAE

ALTDORFENSIS DICANO

ET PATRONO PRÆCEPTORE HOSPITII OB INNUMERAS

BENEVOLENTIAE AMORIS ET BENEFICENTIAE GRATIA

PUBLICA CULTU PROSEQUIENDO VENERANDO

IN CELEBRISSIMA NORICORVM UNIVERSITATE

AD DIEM XX OCTOBRIIS A. R. S. MDCCCLVIII

IN CAUSIS ACADEMICIS

PLACITO CONMILLITUM EXAMINANTIBUS

ACTOR RESPONSIVVS

IOHANNES IACOBVS HARDER

ADVOCATUS VINDOBENSIS ET THEOL. CALTOR.

ALTDORFENSIS DICANO

LITÆRIS IOHANNIS ADAMI HESSELI



PROOEMIUM.

Quartus quum iam praeterlapsus sit annus, ex quo celeberrimam Norimbergensium Academiam doctrinae sanctioris studia profecturus intraui, sarcinas nunc, monitis Patronorum et Amicorum obtemperaturus, colligere discessumque in patriam parare in animo constitutum habeo. Prius uero, quam Musis Altdorfinis ualedicerem, rationem studiorum specimine quodam theologico Maecenatibus et Patronis reddendam esse eo magis eoque certius persuasus eram, quo maioribus Illi me cumularunt beneficiis. Tantus enim Illorum ab ineunte mea aetate ad hunc usque diem in me fauor, tanta gratia, tantaque in me collata beneficia, ut meritas debitasque Ipsi gratias referre nunquam ualeam, sed contentus tantum esse debeam, si ad agendas et habendas humillime uires adsint. Cogitans itaque de themate, quod elaborandum mihi sumerem, melius facturum me esse existimaui, si consilio Theologi cuiusdam Augustani magni nominis, neque uno tantum uel altero scripto in toto literato orbe satis clari, uterer, quam si ipse mihi sapere uiderer. Placuit autem huic Viro summe Venerando, quem sanguis mihi iunxit, quemque DEVS T. O. M. ad Nestoreos usque annos saluum sospitemque in ecclesiae euangelicae emolumentum, in decus orbis eruditi, et, quod addere liceat, in meum commodum, seruet, placuit, inquam, Ipsi, dicti Paullini Rom. XV, 18. 19 contemplationem et expositionem a me exigere. Periclitabor igitur uires meas quantulasunque in eruendo uero huius loci sensu, qui certe difficultate sua non caret, et tentabo, quid ualeant humeri,

A 2

quid

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
2944  
30  
31



quid ferre recusent. Ita autem in pertractando hoc dicto, quod *felicissimos PAVLLI praedicantis inter gentes euangelium successus* describit, uerlabor, ut *sectione* primum *exegetica*, genuinum plenumque eius sensum proponam; deinde *dogmatica*, sanam ecclesiae nostrae doctrinam de *conuersione et poenitentia*, ad ductum huius effati diuini, repetam; et *practica* denique, quae ad usum uitae pertinent, inde eliciam. Quae quum scopo meo sufficere uideantur, aequo gnaroque lectori laborem me meum approbaturum esse non prorsus diffido. Tu uero, o DEVS! largire mihi Spiritus Tui Sancti gratiam, quemadmodum nunc in elaboranda hacce dissertatione, ita et in posterum in omni uita mea, meosque sic dirige conatus omnes, ut nihil cogitem, nihil loquar, nihil agam, nisi quod cum uoluntate et praeceptis Tuis conueniat. Tibi soli me totum trado, uoueo, dedico; serua me in ueritate Tua, sermo Tuus ueritas est.

SECTIONO PRIMA  
EXEGETICA.

§ I



am, ut in explicando dicto nostro ordine suo procedamus, primo loco textum ipsum in lingua originali afferamus, una cum uersionibus aliquot, quae, licet, ut fontibus riuuli, textui originali longe posthabendae, humanaeque tantum originis et recentiorum sint temporum, non tamen nihil afferre possunt interpreti lucis et praesidii; certe cum fontibus conferri non iniucunde poterunt. Ita autem commata haec nostra Rom. XV, 18. 19 graece sonant:

Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ἂν ἔκατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμᾶ, εἰς ὑπακοὴν ἔθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ, Ἐν δυνάμει σημεῖων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλου μέχρι τῶ Ἰλλυρικῆ πεπληρωμέναι τὸ εὐαγγέλιον τῶ Χριστοῦ.

Verfio latina CASTELLIONIS haec est:

*Nam ne quidem eloqui ausim, quum nihil non (ad efficiendum, ut gentes obedirent) effecit per me Christus, tum uerbis, tum re. Tanta prodigiorum ac miraculorum, tanta diuini Spiritus ui, ut ab Hierosolyma per circuitum, usque ad Illyricum omnia Christi euangelio repleuerim.*

Excipiat hanc SEBAST. SCHMIDII ex Bibliis REINECCII quadrilinguibus:

Non enim audebo loqui quid eorum, quae non operatus sit Christus per me, in obedientiam gentium, uerbo et opere, In potentia signorum et miraculorum, in uirtute spiritus Dei: ita ut ego ab Hierosolyma, et circumcirca usque ad Illyricum impleuerim (docuerim) Euangelium Christi.

Inter Germanicas primum locum sibi uindicat Megalandri nostri uersio:

Denn ich dürfte nicht etwas reden, wo dasselbige Christus nicht durch mich wirkete, die Heyden zum Gehorsam zu bringen, durch Wort und Werk, Durch Kraft der Zeichen und Wunder, und durch Kraft des Geistes Gottes; also, daß ich von Jerusalem an und umher bis an Illyricum alles mit dem Euangelio Christi erfüllet habe.

Sequatur hanc celeberrimi Goettingensium Theologi, c. A. HEVMANNI, uersio:

Denn ich würde mich nicht unterstehen, etwas zu reden, welches Christus nicht durch mich gewirkt hätte, die Heyden zum Gehorsam zu bringen, durch Lehre und durch Thaten: nemlich durch die Kraft der Zeichen und Wunder, welche ich durch die Kraft des Geistes Gottes gethan, so, daß ich von Jerusalem an und umher bis in Illyricum das Euangelium von Christo reichlich geprediget habe.

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31

Tertia eademque ultima sit CHR. RICHTERI, cuius *Genauere* Uebersetzung des Briefs Pauli an die Römer, Halae, 1736, 8vo. prodiit, ubi p. 68 sic uertit dictum nostrum:

So kan ich mich nun, was die Dinge anlanget, die auf Gott gehen, rühmen, und zwar nur in Christo Jesu; (denn ich wolte mich nicht unterstehen, etwas von diesen (hohen) Sachen zu reden, welches nicht Christus durch mich so wol in Worten als Werken wirkete, die Heyden zum Gehorsam (des Glaubens) zu bringen) (ich sage, ich kan mich in Christo rühmen) der Kraft der Zeichen und Wunder, der Kraft des heiligen Geistes, so, daß ich von Jerusalem und rund umher bis an Illyricum das Evangelium Christi völlig geprediget habe.

§ II

Nunc ut connexionem pericopes nostrae cum antecedentibus et consequentibus rite consideremus, necesse erit; quippe quae multum facit ad eruendum scopum scriptorum sacrorum, quaeque ut in libris dogmaticis praecipue necessaria, ita uel maxime in epistolis PAVLLI, qui, ut b. RAMBACHIUS in Hermeneuticarum Institutionum libro ait, ordinis et connexionis est obseruantissimus, ab ipso, quo praeditus erat, temperamento cholericum ita formatus. Est autem (a) comma nostrum desumptum ex epilogo siue conclusione totius epistolae, a capite XV, 14 - XVI, 27 tria continente membra, in quorum primo, a commate 14 huius capituli usque ad eius finem multis uerbis, quo animo erga Romanos affectus sit, et quo consilio hanc epistolam scripserit PAVLLVS indicat. Qua in re ita uersatur, ut tum generatim demandatum sibi officium, et, quae inde pendeat, obligationem, illis ponat ante oculos, tum qua ratione hucusque erga eos egerit, exponat. Illud a u. 14 usque ad 21 se extendit, et absoluitur ingenua declaratione, quid sit causae, quidque se impulerit, ut curam eorum habere eosque instituere animum induxerit, nempe quia omne suum munus, quo se gentium Apostolum constituerit CHRISTVS, in hunc praec-

praecipue finem dirigatur, ut non tam ludacis, quam iis, quae a DEO alienae erant, gentibus euangelium CHRISTI annunciet. Quod quum apud alias multas large fecerit, Romanos praeterire non posse ait, adeoque quum hucusque eorum et praesens officio apud eos suo fungi uarie impeditus fuerit, scripta interim epistola eos docere et confirmare uoluisse. Septem id exequitur propositionibus, quorum 1) u. 14 negat, hoc consilium, scripta eos epistola monendi, inde prouenisse, quod Romanis suam institutionem quam maxime necessariam esse putet, aut de profectibus eorum minus bene sentiat, quorum laudat potius *γνώσιν καὶ ἀγαθωσύνην*. Sed dum 2) u. 15 concedit, paullo audacius et confidentius ad eos se scripsisse, id muneris sui rationem exegisse fateretur, quod 3) u. 16 latius exponit, esse enim se CHRISTI ministrum constitutum, apud gentes, cuius primarius esset scopus, eas ad DEVM perducere. Inde igitur 4) u. 17 causam se habere gloriandi in CHRISTO coram DEO, iusque sibi competere, tam confidenter cum iis agendi, quod ex ipsa hac ordinatione uoluntateque CHRISTI in se deriuetur. Quod ut amplius probet, 5) u. 18. 19 commendationem officii sui instituit, adeo quidem, ut omnia CHRISTO per se operato in solidum tribuat uindicetque; unde elucesceret, ipsum CHRISTVM hanc Apostoli gloriam, luculentissimis confirmasse documentis, tam felices largiendo successus, quos speciatim 6) u. 19 describit, latissimum regionum uariarum, quibus docuerit, ambitum nominando; illustrandoque 7) u. 20. 21, mentione facta modi praedicationis suae, ratione obiecti personalis et loci, quum omni studio quaesierit, CHRISTVM notum facere, ubi antea non nominatus aut ab aliis patefactus fuerat. Nostrum itaque dictum, quod propositione 5 et 6 absoluitur, continet commendationem et repraesentationem officii sui, feliciumque, quos eo functus expertus erat, successuum, quibus ipsis tanquam effe-

eris

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31

cris suo ministerio per CHRISTVM inter omnes constaret, se esse gentium Apostolum adeoque ius sibi confidentius cum Romanis agendi, competere.

(a) Sequimur, quae neminem poenituit secutum esse, uestigia celeberrimi toto orbe Theologi, ecclesiae CHRISTI et rei litterariae, heu, praemature abrepti, SIG. IAC. BAVM-GARTENII, in Auslegung des Briefs Pauli an die Römer, ad h. l.

§ III

Ex his facile apparebit, quis sit scopus horum uerborum. Quemadmodum enim in toto hoc huius epilogi membro omnis in eo est diuus Apostolus, ut ostendat demonstratque Romanis, se erga eos iure suo uti, omni cum *παρρησία* eos monendo et instituendo; id enim a munere suo, tanquam gentium doctoris, pendere: ita loco nostro speciatim illud euincere allaborat, uere sibi hoc ius competere, neque uanam esse suam gloriam, aut inanem fuisse hucusque suam operam. Illud autem ita exsequitur, ut aperte prouocet ad omnia ea, quae per suum ministerium CHRISTVS tot locis, totque inter gentes effecerit, iisque hoc munus suum suamque doctrinam luculenter comprobauerit.

§ III

Pergentes trita hac exegetarum uia ad aliud nos interpretis sacri manus in explicando textu accingimus, quod in eo consistit, ut analyseos logicae rationem habeamus. Nos comma nostrum ita resoluendum esse puramus, ut duas contineat partes: Propositionem et Confirmationem.

1) Propositionem hanc facimus: Per me effecit CHRISTVS conuersionem gentium. In hac autem considerata ueniunt

a) Modus proponendi, qui est remotiuus: *ὃ γὰρ τολμήσω λαλεῖν*

b) Qb-

b) Obiectum, quod Apostolus

α) Indicat breuius: τὸ ἄν εἰ κατεργάσατο Χριστὸς δι' ἐμᾶ

β) Vberius exponit, nominando varias operationes, quas per ipsum CHRISTVS effecerit; siue, si speciatim indicari debeant, illustrat triplici modo, nempe

κ) a fine: εἰς ὑπανοήν ἐθνῶν

λ) a mediis: λόγῳ καὶ ἔργῳ

μ) a modo: ἐν δυνάμει - - - Θεῶ

2) Confirmatio consistit in speciali expositione felicium horum progressuum, ratione latissimi ambitus regionum earum, quibus praedicauerit: ὡσεὶ με κ. τ. λ.

§ V

Hisce praesuppositis, nunc ad contemplationem et explicationem singularum, praecipuarum certe, uocum ac phrasium progredimur, quo eo certius et faciliori opera uerum ac genuinum sensum dicti nostri determinare ipsasque his inclusas ueritates perspicere nobis liceat. Quodsi itaque ordinem uerborum textus nostri sequimur, in ipso modo proponendi, omnium primo, post particulam γὰρ, quam causalem hic esse connexio satis superque docet, oculis se nostris sistit uerbum *τολμάω*. Propria et consueta uocis acceptio ea est, ut denotet *audere*, animo fidenti aliquid conari aut suscipere, nulla periculi incommodiue ratione habita ad aliquid aggredi; id quod multis et profanorum et sacrorum scriptorum locis exemplisque confirmatur. Et maxima pars interpretum hoc loco hanc agnouit significationem, quae etiam rei et contextui apprime conuenit. *Ὁυ τολμήσω, non audebo*, nunquam ausim, absit a me tanta audacia et aberit perpetuo, ut tribuam uindictamque mihi aliquid, quod non reuera effecerit per me CHRISTVS. Periculum enim esset, ne mendacii arguerer et a CHRISTO ipso, et ab ho-

B

mi-

minibus mei temporis, si praedicarem de me talia, quae tamen non fecissem. (b) Scopus PAVLLI est, ostendere, se ius habere, confidentius cum Romanis agendi, esse enim se Apostolum gentium, et hinc gloriam et praerogativas sibi competere: quas ut probet, simulque munus commendat, memorat felices officii sui successus, ita tamen, ut malit dicere, ea omnia suo ministerio ipsum effecisse CHRISTVM. Loquitur igitur de talibus rebus, de quibus palam et publice constabat, et quae nec ipsos Romanos poterant latere. Hoc autem non aperte et directe proponit, sed remotiue, ut magis conuincerentur lectores, dubiaque, si quae mouerentur, eximi possent. Non audebo, inquit, dicere *et*. Hic *audere* melius quadrat, quam *sustinere*: prouocat enim ad certitudinem et euidentiam rei. Recte IOH. COCCIVS in *comment.* ad h. l. *gloriationis*, ait, *ueritatem asserit, non tam prouocando ad conscientiam timoris DEI, quam ad rei euidentiam. Animus meus mihi testis est, et nemo potest me existimare tam proiectae audaciae, ut nomine DEI nuncupato mentiar: et ipsa res me conuincere possit, si non uere glorier. Loquor enim de praedicatione euangelii, de re publice nota. Si mentirer, sunt in mundo, qui me arguere mendacii possent. Vos ipsi me redargueritis. Tantundem igitur hoc est, ac si omnes homines, qui tum uuebant, et de regno et nomine CHRISTI uel fama quid acceperunt, et hanc epistolam lecturi erant, testes citet et adiuret, ut sibi testimonium ueritatis reddant.* Adstipulatur AVG. MARLORATVS: *Quod negatiue, inquit, loquitur, signum quidem modestiae est; sed ualet ad fidem iis, quae asserere uult, faciendam, ac si diceret: Tantam mihi gloriae materiam ueritas ipsa suppeditat, ut non sit mihi opus accersere falsa et aliena encomia: ueris sum contentus, nolo commemorare aliqua, nisi quae CHRISTVS per me operatus est. Qua ratione praeterquam quod iterum reiciit a se omnem suspicionem arrogantiae, tum uero*

et doctrinae suae auctoritatem longe maximam conciliat, innuens  
 nimirum ita recipiendam, ut a DEO ipso profectam, cuique ipse  
 de suo nihil admiscuerit. Forte etiam sinistros rumores, quos sciebat  
 passim a maleuolis spargi, anteuertere uoluit: itaque praefatur,  
 se non nisi de rebus probe compertis uerba facturum. Quanquam  
 aliqua praeter scopum Apostoli admiscuit MARLORATVS,  
 magis tamen arridet, quam ea, quae HUGO GROTIUS in  
 CALOVII bibliis illustratis ad h. l. commentatur: 'ου γὰρ  
 τολμήσω λαλεῖν; Vix audeam eloqui. Est honesta προθεραπεία  
 περιουτολογίας, quales multas adhibet PAVLLVS, ut 2 Cor.  
 XII, 1 sqq. Quae corrigit CALOVIUS, annotans: Aliter illa  
 εἰ γὰρ τολμήσω applicantur ab interpretibus. ORIGENES ita exponit:  
 Nolim alienorum factorum laudem mihi arrogare, tantum  
 ea dicam, quae per me ipsum effecit CHRISTVS. AMBRO-  
 SIVS ita: Quasi PAVLLVS non possit quicquam comme-  
 morare eorum, quae ad laudem pertinent, quae per ipsum  
 praestita non sint auxilio DEI. Quo etiam abit b. LVTHERI  
 translatio, ut et ERASMI ἐκ θεοῦ: non ausim quicquam loqui  
 de factis meis, sed tantum de iis, quae CHRISTVS per me  
 gessit. Qui sensus Grotiano praeferendus: nam causa redditur  
 eius, quod dixerat, se habere quidem gloriationem, sed in CHRI-  
 STO, in iis, quae ad DEVM spectant: quia non ausim, inquit,  
 quicquam loqui, nisi id in me operetur CHRISTVS, ut recte ob-  
 seruauit b. MYLIUS, q. d. sua omnia a diuino ductu atque impulsa  
 proficisci, tum qua λέγειν, h. e. scriptiones et conciones suas,  
 tum qua ἔργον, h. e. res gestas, profectiones, studia et consilia:  
 in quibus rebus gestis pariter et uerbis peculiariter per signa,  
 prodigia et uirtutem Spiritus S. operatus est per Apostolum CHRI-  
 STVS. Recte quidem GROTIUM castigauit summus theologus:  
 non tamen in omnibus in sententiam eius ire possumus. Vi-  
 dit hic uerum ION. SCHLICHTING de Bukouviec in commentariis  
 posthumis in plerosque N. T. libros, ubi ad h. l. Notanda est,

32  
33  
47  
34  
35  
36  
37  
51  
52  
53  
39  
40  
41  
43  
29  
30  
45  
31



ait, modestia apostoli. Non enim simpliciter affirmando ista de se dicit, sed tantum negando se ausurum mentiri et sibi tribuere, quae per se a CHRISTO facta non sint, sermone et opere. Longius autem a mente Apostoli recessit IOH. CRELLIVS, in opp. exeg. scribens: Sensus est, CHRISTVM adeo omnia, quaecunque ad munus et ministerium eius, gentesque ad fidem perducias pertinent, per ipsum fecisse, ut dicere prorsus non ausus aliquid, quod huc pertineret, defuisse, et in eo CHRISTI opem ac praesentiam fuisse desideratam, nisi uellet in CHRISTVM iniurius esse. Propius autem accedit GVIL. ESTIVS, in omnes epp. PAVLLI comment. parte priore ad h. l. Remouet a se suspicionem inanis et falsae gloriationis, simulque ex obliquo taxat uanitatem Pseudapostolorum, qui in alienis laboribus gloriabantur. Non sum, inquit, tam uanus et gloriae cupidus, ut ausim atque in animum inducam, commemorare aliquid a me factum, quod uere CHRISTVS per me non effecerit, cet. Verbum porro λαλῆν, ad quod considerandum nunc aggredimur, multi sunt, qui de omnibus PAVLLI praedicationibus et scriptionibus intelligant, eique hunc, licet pium et modestum, at nostro ex iudicio, non genuinum sensum affingant: Nihil unquam loqui, praedicare et dicere audeo, quod non CHRISTVS per me effecerit, mihiq; inspirauerit. (c) Vera quidem haec sunt in se, sed non in uerbo hoc latent, aut ex scopo eliciuntur. Non in eo hic est PAVLLVS, ut uelit exactam suorum sermonum cum mente et mandato CHRISTI conuenientiam exponere. Loquitur potius de re praesenti, de gloriatione, cuius causam se habere dicit. Itaque λαλῆν non de praedicatione, aut quocunque alio sermone PAVLLI, sed de re praesenti accipiendum est, et denotat, ut alias saepe, uerba de re aliqua facere, aliquid dicere, aut etiam, si mauis, ex contextu, gloriari, tribuere sibi aliquid, de se dicere aut praedicare, vorzugeben, ut praeclare BAYMGARTENIVS exprimit.

primit. Nunquam, ait PAVLLVS, audebo talia loqui aut mihi uindicare, nisi ea uere per me effecerit CHRISTVS; nunquam ea mihi tribuerem, nisi luculenter uirtute et efficacia sua, felicissimisque successibus confirmasset ipse CHRISTVS (d)

(b) Praeter alios hanc interpretationem reiicit, utpote qua dictionis apostolicae uis elideretur, THOM. GATAKERVS, *opp. crit.* p. 318. *sqq.* quum hoc saltem innuere uideri posset, Apostolo id eloquendi non deesse animum, metu tantum reprimi, quo minus id faciat, quod alioquin lubens uelit. Ipsi uero mens Apostoli haec est, esse hoc, a quo abhorreat prorsus, nec ut admittat, animum inducere possit. Vult igitur, ut per *sustinere, animum inducere*, hic et aliis in locis reddatur: quum *non audere* dicatur, cui non uoluntas desit, sed facultas. At fallitur, ex nostra sententia, uir κριτικώτατος. Quamuis enim non negemus, hanc uocis τολμᾶν interdum esse uim, quemadmodum et alias idem est, ac ὑπομένειν, *patienter ferre*; quamuis, si cui magis placuerit, per nos utramque significationem, *audere et animum inducere*, possit hic coniungere; nulla tamen nobis uideatur subesse grauis ratio, cur a maxime consueta huius uocis significatione hic recedamus, quam et in uoce τολμηρότερον, paullo ante a PAVLLO usurpata, absque ulla contradictione usu uenire constat; sicut et futurum τολμήσω nostrae explicationi magis, quam alteri, conuenit. Neque id probare poterit, *non audere*, semper iis tribui, quibus non uoluntas, sed facultas, deest. Nemo facile PAVLLVM ita intellexerit, ut uellet, si posset, mentiri. Conf. etiam VVOLFII *curas philol. et exeg. ad Iudae u. 9.* Interim ad GATAKERI sententiam aliquo modo accessit GE. CALIXTVS, in *expos. liter. huius ep.* p. 117: *Neque enim sustinuerim quicquam loqui eorum, quae non effecerit CHRISTVS per me, h. e. etiamsi uelim dicere, tamen non possim, facta quaedam per me esse, quae CHRISTVS non effecerit, et ego mihi meaeque industriae aut uirtuti tribuere queam, s. non possum commemorare aliqua, nisi quae CHRISTVS per me operatus est.*

(c) Ita praeter quosdam iam excitatos, EGID. HVNNIVS in *expositione plana et perspicua huius ep.* fol. 250. *Quicquid loquor, ex*  
 B 3 prae-

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
43  
29  
30  
31

*praescripto IESV CHRISTI loquor, id unice et solummodo, quod docere iussus sum.*

(d) *BAVMGARTENIVS ad h. l.* Folglich ist allhier nicht eigentlich die Rede von der sorgfältigen Verhütung, nichts, als was ihm durch Eingebung Christi und seines Geistes bekannt gemacht und vermittelst der unmittelbaren Wirkungen desselben geoffenbaret worden, zu reden und zu schreiben.

§ VI

In describendo obiecto, felicibus nempe successibus, quos primum simpliciter indicat, occurrit grammatica observatio in uocibus  $\tau\iota\ \acute{\alpha}\nu$ , quae elliptice hic posita sunt et plenius ita sonant:  $\tau\iota\ \tau\acute{\epsilon}\tau\omega\nu$ ,  $\acute{\alpha}\ \acute{\epsilon}$  etc. (e) Sensus igitur planus est et facilis: non audebo loqui, aut mihi tribuere aliquid eorum, quae non per me effecerit CHRISTVS uere et aperte. Multa sunt, quae commemorare possem; absit autem a me, ut aliquid fingam. Nihil prorsus mihi uindicabo, nisi quod ipsa re gestum est; quanquam non is ego sum, qui talia fecit, sed per me CHRISTVS. Alii autem nescio quam emphasin in his uerbis, sed praeter rem, sectati sunt. CASTELLIO enim, a GATAKERO loco supra citato propterea notatus, ita transtulit: *Ne quidem eloqui ausifim; quum nihil non effecerit per me CHRISTVS.* Neque abludit GROTIUS, haec adscribens: *Quid non fecerit, id est, quam multa et magna fecerit;* et PHIL. LIMBORCHIVS in *comm.* ad h. l., qui non solum ita  $\pi\alpha\rho\alpha\phi\epsilon\rho\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota$ : *Vt dicere non ausifim, quanta CHRISTVS per me effecerit, sed et ita explicat, quid non, id est, quanta, quam multa et admiranda.* Quanquam uere dicatur, multa et magna ea fuisse, non tamen id hic dicere uult Apostolus, qui non habet,  $\tau\iota\ \acute{\epsilon}$ , sed  $\tau\iota\ \acute{\alpha}\nu\ \acute{\epsilon}$ . Et explicatio talis contraria est ipsis Apostoli uerbis. Audet enim omnino dicere, et dicit in sequentibus, quanta et quam multa effecerit CHRISTVS suo ministerio; negat tantum alia se dicere uelle, quae non ille fecerit. Hinc approbatorem, non putamus, inuenturum esse *de SACR*, qui in germanice uersa interpreta-

pretatione huius epistolae, quam gallice scripserat, haec habet: Ich würde mich sonst nicht unterstehen können, euch zu sagen, was Christus nicht für vielfältige Wunder durch mich bisher wirkt, also, daß ich deren Zahl kaum aussprechen kan. *κατεργάζεσθαι* multa cum emphasi adhibetur. Plus enim est in hac uoce, quam in *εργάζεσθαι*, quod *operari, efficere*, hoc autem praeterea *perficere*, denotat, ita, ut aliquis non tantum ad opus aliquod aggredia- tur, illud incipiat, tentet, in eo conetur, et operam suam ad- hibeat, sed etiam illud exsequatur, perficiat, consummet et ad colophonem perducatur, quemadmodum *κατεργάζεσθαι τῷ θεῷ* opponitur, cap. VII, 18; quanquam priora illa non- nunquam etiam includantur, cap. I, 27. V, 3. Loquitur igitur PAVLLVS de omnibus illis, quae in praedicando euangelio et conuertendis gentibus unquam conatus fuit, tentauit, labora- uit non solum, sed etiam quae consequutus est et perfecit; quae tamen omnia CHRISTO in solidum adscribit, tribuit, uindicat, qui tanta, tamque admiranda omnia effecerit, per- feceritque, quum PAVLLVM maiora et difficiliora suscepisse, quam alios Apostolos, conset, *1 Cor. XV, 10*. quorum sem- per ita meminit, ut CHRISTO, uel DEO, ea uindicaret, ita ta- men, ut ille suo ministerio suaque opera in iis usus fuerit, quod per *δι' ἐμῆ*, nota phrasi, causam ministerialem (f) indi- cante, hic exponit. Conf. Act. XIII, 27. XV, 4. 12, quo in primis posteriore loco mentio fit PAVLLI et BARNABAE, *ἐξηγουμέ- νων, ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν*, quod cum nostro loco apprime conuenit. Act. XVIII, 11. cet.

(e) Conf. WOLFII curas philol. et exeg. ad h. l.

(f) Ministri enim sunt CHRISTI doctores euangelici, *1 Cor. III, 1*, et organa, quibus ille utitur. Ita ministrum, immo seruum CHRI- STI, ad nutum eius paratissimum, saepenumero se uocauit PAVL- LVS, immo eius Apostolum, *Rom. I, 1. 1 Cor. I, 1. Gal. I, 1. Phil. I, 1*. cet. CHRISTVS enim erat, a quo uocatus et constitutus erat, a quo mandata acceperat praedicandi euangelium eius et conuer- tendi populos. Ille etiam erat, quem praedicabat, quem genti- bus

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31

bus annunciabat non modo passum, cruci fixum et morti traditum, sed et resuscitatum a mortuis et regnantem in saecula, omnique salutis auctorem et causam, qui scopus erat, quemadmodum omnis suae praedicationis et omnium suarum epistolarum, ita etiam epistolae ad Romanos, cuique omni cum industria et fidelitate seruiebat.

§ VII

Iam Apostolus idem obiectum illustrat et latius describit, adiectis quibusdam propositionibus, quae, dum nulla interueniente particula inter se connectuntur, nobis indicium praebent, omnes dependere a uerbo antecedente *κατεργάσασθε*, et iis, quae ad illud pertinent. Primum, quod affert, finis est, ad quem obtinendum CHRISTVS haec omnia, se ministro, effecerit, et quem ipse talis effectus uere sequutus fuerit: *ἔστι ὑπακοή τῶν ἑθνῶν*. Vox *ὑπακοή* notissima est, et *obedientiam, obsequium*, denotat, superiori alicui praestandum uel praestitum, dominium et imperium eius agnoscendo, mandata et leges recipiendo, et ad eas actiones suas conformando. Hic autem sigillatim intelligitur obsequium illud, quod gentes a DEO auersae, sed audita et recepta hac CHRISTI praedicatione ad eum reuersae, CHRISTO tanquam supremo suo Domino praestarent, quod non solum per assensum uerbo diuino praebendum, sed et uiua CHRISTI agnitione et apprehensione, fide, amore, et uera, promptaque officiorum praestatione absoluitur. Bene *de SACY ὑπακοήν* explicat: nicht, daß sie die Glaubens-Artikel blos glauben, sondern auch den Lehren, die ich ihnen vortrage, genau nachkommen. Hoc igitur dicit PAVLLVS, in id omnem se suam operam, ex mandato CHRISTI eiusque potenti efficacissimaque directione, impendisse, ut ad ueram in CHRISTVM fidem amplectendam conuerterentur gentes, christianamque religionem et ore et opere confiterentur: atque id fuisse ministerii sui finem et scopum non modo, sed et effectum, quod utrumque *ἔστι* denotat, quae autem omnia

omnia se tantum ministro et organo perfecit ipse CHRI-  
STVS. Hanc ὑπακοήν plenius alibi uocat ὑπακοήν πίσεως, c. 1,  
15. XVI, 26. et ὑπακοήν Χριστῶ, 2 Cor. X, 5. Immo PAVLLO inter-  
dum ὑπακοή nude posita idem est, ac πίσις, coll. Rom. XVI, 19.  
cum c. 1, 8. (g) Vox ἔθνη propria et generalissima significatio-  
ne denotat quoscunque populos, quascunque nationes, nulla  
aut religionis, aut morum cultusque habita ratione; quo mo-  
do saepius N. T. scriptores, in primis PAVLLVS, hac uoce utun-  
tur; addita tamen non raro uniuersalitati nota, πάντα τὰ ἔθνη,  
u. c. *Matth. XVIII*, 19. *Rom. I*, 5. cet. ut igitur haec uox aequè  
Iudaeos ac alias gentes comprehendat. Interdum tamen ita  
adhibetur, praesertim opposita Iudaeis, ut speciatim gentes a  
DEI ueri cognitione cultusque alienas, idolorum cultrices,  
quas *ethnicos* aut *gentiles* alii minus latine uocant, indigent,  
*Gal. II*, 8. *Rom. XI*, 12, 13, et in nostro *capite u.* 9, 10, 16 etc.  
Posteriori significatione uocem hanc a PAVLLO usurpari, con-  
stat ex eius scopo et tota connexionè, u. 16. 21. Harum enim  
gentium Apostolum sigillatim se uocatum esse gloriatur sac-  
pissime. (b)

(g) Intercedit quidem celeberr. OEDERVS, qui cum in *obss. sacris* lo-  
cum Rom. XVI, 19 de obedientia a Christianis magistratui prae-  
stita interpretatus, et hoc nomine a WOLFFIO in *curis* ad eum locum  
reprehensus esset, in praefatione, *coniecturarum de difficilioribus*  
*scripturae sacrae locis* centuriae praemissa, negat ὑπακοήν nude  
positam PAVLLO esse obsequium euangelio seu fidei praestitum,  
nisi alterutra uox sit addita. Sed non recordatus est uir doctissi-  
mus loci nostri, et 2 Cor. X, 6.

(b) Conf. celeberr. WINDHEIMII disp. de PAVLLO gentium apostolo,  
contra TH. MORGANVM, sub praesidio Baumgarteniano, Halae  
MDCCXXXV habitam.

### § VIII

Pergit Apostolus memorare, effecisse, se ministro, CHRI-  
STVM talia λόγῳ καὶ ἔργῳ. Media igitur indicat, quorum be-  
neficio haec sint effecta; usum enim se CHRISTVM tanquam  
C  
orga-

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
294  
305  
310

organo et instrumento, et se CHRISTO ministrasse *uerbo et opere*, huncque in finem neque uerbis neque operi pepercisse, sed utraque impendisse libenter et feliciter. (i) Ita constabit, *λόγον καὶ ἔργον* esse debere aliquid, quod PAVLLO tribuendum, aut ab ipso profectum fuit, et quo ille in hunc finem, ut gentes conuerterentur, usus fuit, ita tamen, ut iterum omnia, quae uerbo et opere suo perfecit, operationi CHRISTI in solidum tribuat. (k) Quod ad uocem *λόγος* attinet, ea quidem uarias in scriptura sacra notiones exprimit, de quibus uide praeter caeteros FLACIUM in *clauē scripturae* p. m. 1247 sq. accurate disputantem. Hic uero loci facile et scopus et connexio determinabunt, quomodo sit accipienda, de uerbis nimirum PAVLLI et tota eius praedicatione, von seinem mündlichen Vortrage göttlicher Wahrheiten, ut praecclare BAYMGARTENIVS explicat. (l) Praedicabat autem euangelium, uerbum DEI, et gratulabatur sibi et auditoribus, si qui uerbum hoc, non tanquam humanum, sed, sicut re uera erat, tanquam diuinum, recipiebant, 1 Thess. 2, 13. Ita *λόγον μὲν καὶ κήρυμα μὲν*, uerbum et praedicationem coniungit, 1 Cor. 11, 4. Suum igitur erat uerbum, sed sibi a CHRISTO inspiratum. Facili itaque negotio patebit, uocem *λόγος* collectiue hic sumendam esse, aequae ac sequentem, *ἔργον*, quae, quum tanto sit ambitu, praeter necessitatem non restringenda, in genere omnes alias cum praedicatione uerbi coniunctas actiones et opera Apostoli complectitur, ita, ut nec prorsus excludere uelimus uitam eius inculpatam, qua exemplum auditoribus factum est probe imitandum, 1 Cor. XI, 1; (m) neque uarios eius labores, itinera, pericula etiam, et alios conatus; (n) neque denique miracula per ipsum edita, quae tamen postrema proxime et maxime hic intelligenda esse, ex iis patet, quae sequuntur; quemadmodum et alias haec duae uoces hoc sensu coniunguntur, ut Stephanus Mosen uocat *δυνατὸν ἐν λόγοις καὶ ἔργοις*, Act. VII, 22. Haec igitur omnia sua uerba et opera,

opera, quibus in conuertendis gentibus usus est, non tam a se profecta esse, aut sola hunc finem consequi potuisse, faceretur, sed CHRISTVM ea omnia, se ministro suaque opera, effecisse, iisque tantos largitum esse successus.

(i) Non igitur referenda sunt haec ad obedientiam gentium, quam ore et opere praestiterint, momente BAVMGARTENIO:

λόγῳ καὶ ἔργῳ gehet nicht sowol auf den unmittelbar vorher gemeldeteten Gehorsam der Heiden, anzuzeigen, daß derselbe sich durch Wort und Werk, das ist, durch feyerliches Bekenntnis des Mundes und pflichtmäßiges Verhalten geäußert, erwiesen und an den Tag gelegt: als vielmehr etc.

(k) Media haec uocare liceat, quibus ad obedientiam gentium efficiendam CHRISTVS per PAVLLVM efficax fuit. Praeuentem habemus GE. WEINRICHIVM in *comm. in banc ep.* qui uerbis λόγῳ - - Θεῷ (quanquam latius, quam par erat, extendat) causas instrumentales s. media, quibus in gentibus conuertendis usus fuerit, descripta statuit, annexa, ut ipse quidem putat, simul causa efficiente principali, quae est uirtus Spiritus S., et DAV. PAREVM, qui ad haec uerba ita commentatur: Exponit illud

δι᾽ ἐμῆς s. media duo, per quae CHRISTVS gentes ad obedientiam fidei adduxerit: per meum uerbum et per meum opus CHRISTVS id fecit. Haec igitur omnia, quum eum in finem adhibita fuerint, ut conuerterentur gentes, media generatim loquendo dicere fas sit et aequum, quamuis sciamus, medium ordinarium conuersionis esse uerbum diuinum et sacramenta, reliqua autem omnia ad promouendam salutarem acceptionem uerbi praedicati directa, maxime uero miracula tunc temporis, ad excitandam gentium attentionem, et ad conciliandam Apostolis auctoritatem et ἀξιωματικῶν magnopere necessaria fuisse.

(l) Ad stipulatur WEINRICHIVS, λόγῳ ita explicans: Nihil aliud, quam euangelii praeconium intelligitur, s. ore tenus prolatum seu etiam calamo scriptum. GVIL. MOMMA in *meditt. posthumis in h. ep. Sermonem*, quem publicauit et uerbis et scriptis. PAREVS: Verbum uocat praedicationem uerbi s. euangelii, simul publica et priuata colloquia, disputationes et epistolas, quas ad ecclesias absens exarauit,

C2

(m) Ni-



(m) Nihil peccat, nisi quod reliqua penitus excludere uideatur, interpretatio de SACY: und Thaten, das ist, durch die Heiligkeit meiner Werke, deren Beyspiel die Heyden bewogen hat, den Glauben an Christum anzunehmen, wenn sie wahr genommen, daß dadurch denen, welche zu solchem sich bestennen, eine so vortrefliche Anleitung zu einem reinen und heiligen Wandel gegeben wird.

(n) Hanc in rem uide VVEINRICHIVM, qui per τὸ ἔργον intelligit Apostoli industriam et indefessos labores, quos in expeditione sui muneris terra marique sustinuit, nec non felicem successum, qui Apostoli industriam comitatus est. Paulo aliter MOMMA: in opere, quale opusest collectio ecclesiarum, ordinatio presbyterorum, constitutio regiminis ecclesiastici. Bene rem expendit PAREVS, scribens: Opus uocat tum labores, curas et molestias suas, quas praedicando subit indefesso studio, de quibus passim, praecipue 2 Cor. XI est legere: tum signa et prodigia miraculorum. Ad uitae et morum exempla, quibus se ipsum doctrinae proposuit, hoc adstringere, nimis forte angustum erit. Tamen et haec includit haud dubie, quia passim in fidei praecoone euangelii requirit, 1 Tim. III, 12 cet.

§ VIII

Denique modi meminit, quo CHRISTVS haec per ipsum effecerit, aut efficacem se demonstrauerit, luculentissimumque muneri suo praebuerit testimonium, illudque tanquam diuinum confirmauerit: ἐν δυνάμει. Haec igitur uerba in se aliquid contineant necesse est, quod in praedicatione et toto Apostoli munere sese ostenderit, ita ut PAVLLVS fecerit et exseruerit quidem, at per eum CHRISTVS operatus sit. Necesse est, inquam, ut haec δύναμις in ipso PAVLLO fuerit, a CHRISTO ipsi data, et ab eo in obeundo munere ad obtinendum finem usurpata. Ita enim cohaerent uerba: CHRISTVS per me perfecit in uirtute etc. per me scilicet, cui data erat haec uirtus, aut per me, exerentem et usurpantem hanc uim et facultatem. Δύναμιν hanc duplicem habuit et ea gauisus est ipse Apostolus, at non a se

a se habuit, sed a CHRISTO, qui per ipsum huius facultatis crebrum exercitium PAVLLO testimonium perhibuit clarissimum, et veritatis certitudinisque doctrinae ab eo propositae, et legitimi diuinique ministerii sui. Ita a vero non aberrabimus, si stricte et accurate filium (o) sermonis Paullini sequemur, adhibito in subsidium scopo loquentis. Δύναμις est potentia, uis, uirtus, facultas, sufficientia ad opus aliquod perficiendum, immo et crebris exercitiis acquisitus habitus. Sed qualis facultas? (p) Duplex: et δύναμις σημείων καὶ τεράτων, et δύναμις πνεύματος Θεοῦ. Alterum si ex omnium fere consensu facultatem et uim edendorum signorum et prodigiorum uertimus: quomodo alteram aliter exponere fas sit, quam facultatem et uim spiritus diuini dandi et distribuendi? Vtraque enim uno eodemque modo proponitur. De priorē prius dispiciemus. Σημεῖον generatim est signum, indicium, res, unde res quaedam altera cognoscitur. Non raro autem speciatim et stricte seu metonymice sumitur de re admiranda et diuina potentia praesentiaque insigni, portento s. miraculo, quemadmodum et τέρας portentum, prodigium, ostentum, miraculum denotat. Vtrumque igitur adhibetur ad designandas insolitas, mirabiles, immo supernaturales mutationes, quae infinitam uim causae efficientis arguunt et requirunt, et miracula dici solent. Sunt enim ea uere σημεῖα, signa, indicia, argumenta diuinae praesentiae et confirmationis doctrinae diuinaeque missionis alicuius, per aut propter quem talia fiunt, Marc. XVI, 20. Act. II, 22. 43, III, 30. V, 12. VII, 36. XIII, 3. Quibus locis tum aequae ac hic utraque uox coniungitur, sicut in V. T. אֱתוֹת וּמוֹפְתִים Ies. VIII, 18. et אֱתוֹת וּמוֹפְתִים Dan. III, 32. VI, 28; tum praecipue de Apostolis sermo est, per quos talia fecerit DEVS, ad fidem eorum doctrinae conciliandam. Alii quidem discrimen inter σημεῖα et τέρατα statuunt esse, quorum illud factum praeter

32  
33  
47  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
43  
294  
30  
31

consuetudinem, hoc praeter naturam esse uolunt; aliis aliter explicantibus. (q) Sed non opus est, in hoc discrimen inquirere, quum neque semper in scriptura sacra obseruetur, neque, dum utraque uox coniungitur, aliud indicatur, quam miracula uarii generis. Id igitur PAVLLVS hic dicit, in ministerio suo inter gentes exseruisse se hanc uim edendorum miraculorum et prodigiorum, quibus ueritas, certitudo, euidencia, auctoritas et ἀξιολογία praedicationis suae probaretur et confirmaretur; haec autem non semet ipsum effecisse, sed fuisse effectus CHRISTI, per ipsum efficacissime operati; ita ut etiam haec signa apta et sufficientia fuerint ad consequendum finem, *Hebr. 11, 3, 4* cet. Nunc etiam posterius memoratam δύναμιν considerabimus. Eam ita proponit: ἐν δυνάμει πνεύματος θεῆ. (r) Recordamur merito eorum, quae ab initio huius § dicta sunt; uim nempe indicari, quae in PAVLLO erat, et ab ipso exsereretur, ita tamen, ut id per diuinam CHRISTI potentiam fieret, qui PAVLLO tanquam instrumento usus est. Quemadmodum igitur genituum σημάτων καὶ τεράτων explicuimus ut talem, qui effectum aliquem, non causam efficientem, notet, ita et hunc genituum πνεύματος θεῆ non possumus aliter accipere; CHRISTVM scilicet per PAVLLVM in munere suo ita esse operatum, ut hic concessam sibi uim et facultatem dandi et distribuendi Spiritus S. siue donorum eius, etiam extraordinariorum et miraculorum, multis speciminibus comprobata dederit; quo luculentius appareret omnibus, esse PAVLLVM diuinum legatum et Apostolum non reliquis minorem aut inferiorem. Inde facile patebit, nobis non conuenire cum illis interpretibus, qui πνεῦμα θεῆ de tertia deitatis persona explicant, idque duplici modo faciunt. Alii (s) enim Spiritum S. hic tanquam causam efficientem conuersionis gentium a PAVLLO commemorari sentiunt, iudicante concursum eius cum uerbo  
suo

fuo. Pie quidem hi cogitant de certissima hac ueritate, sed uereor, ut hoc ex mente Apostoli hoc loco fiat, scopoque et connexioni et uerborum ordini satis conueniat. Vult commemorare ea, quae CHRISTVS per ipsum effecerit: ad haec autem etiam pertinet uis dandi Spiritus S. Virtutis Spiritus S., qua perfecta esset gentium conuersio, meminisse nihil erat necesse, ubi iam CHRISTI meminerat. An uirtutem Spiritus S. ultimo posuisset loco, eademque uoce, δύναμις, signasset, qua proxime ante suam δύναμιν designauerat? An commode uirtus Spiritus S. talis effectus CHRISTI per PAVLLVM dici potest? De hoc autem loquitur. An statim cum uoce δύναμις aliam coniunxisset notionem? Longe autem alia est notio τῆς δυνάμεως Spiritus S. et τῆς δυνάμεως PAVLLO concessae. Alii (1) autem δύναμιν πνεύματος θεῶν ita intelligunt, ut Spiritus iste DEI ab Apostolo indicetur tanquam causa efficiens miraculorum paullo ante commemoratorum. Non negamus, aliqua cum specie hoc fieri, sed nimis dura et insolita ellipsis hoc modo fiat ueritate necesse est, absque ulla tamen necessitate; nempe: τεράτων, quae facta sunt ἐν δυνάμει etc. Quid praeterea haec addere necesse fuit, quum ea se ministro CHRISTVM effecisse PAVLLVS iam iam dixerat? Alii igitur, memores, non raro ipsum diuini Spiritus nomen pro donis eius miraculosis in scriptura sacra poni, et genitiuum hunc, ut priorem, de effectu intelligentes, aliam uiam ingressi sunt, (u) quam egregie ornauit suoque approbavit calculo uir in scrutandis DEI eloquiis exercitatissimus, BAYMGARTENIUS, hoc modo in ista uerba commentatus: Besser und süßlicher wird dadurch et was vom Vorhergehenden unterschiedenes verstanden, so in der Ausgießung und Mittheilung des Geistes Gottes und seiner auch außerordentlichen Gaben bestanden; womit demnach soviel gesagt wird: das Vermögen, die Fähigkeit, den heiligen Geist und desselben wunderthätige Kräfte und Gaben mitzutheilen, so ein Vorzug der Apostel gewesen, Act, VIII, 15 = 19, habe sich bei der Führung des Lehro

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

Lehramts Paulli geäußert, und sey als eine Wirkung Christi durch  
 Ihn anzusehen, v. 16. Hebr. 2, 4. Gal. 3, 2. 2. Cor. II, 4 u.  
 I Cor. I, 7. Quae loca rite perpenſa clare ſatis indicabunt, et hanc  
 denominationem non infrequenter *χαρίσματα* Spiritus S. de-  
 notare, et non deſuiſſe gentibus, ad DEVM reuerſis, ullum  
*χάρισμα*: ſicut allegato *Act. VIII* loco hanc Apoſtoliſ uim et  
 praerogatiuam conſeſſam fuiſſe, precibus ſuis et manuum  
 impoſitione dona Spiritus S. etiam miraculoſa impertiendi,  
 euincetur, cui addi poſſunt *Act. X, 44. 45. 46. XVIII, 6*:  
*Ἐπιθέντος αὐτοῖς τῷ Παύλῳ τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*  
*ἐπ' αὐτὰς, ἐλάλην τε γλώσσαις καὶ προεφήτευσεν.* Vides, quid ſit in  
 PAVLLO *δύναμις πνεύματος Θεοῦ*? Ita teſtificationes uerbo praed-  
 icato accedentes diuinitus memorans, non obliuiſcitur  
*μερισμῶν πνεύματος ἁγίου.* Ita ſimilis ualde noſtro eſt locus  
*I Theſſ. I, 5, τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν ἐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ*  
*μονῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν ΔΥΝΑΜΕΙ, καὶ ἐν ΠΝΕΥΜΑΤΙ ἉΓΙΩΙ* cet.  
 Adde Gal. III, 5. Ita hac huic phraſi ſignificatione uindicata,  
 omnia bene cohaerent. CHRISTVS, ait Apoſtolus, per me  
 fuit efficax in conuertendis gentibus, meque eius miniſtrum  
 apud gentes eſſe conſtitutum luculenter teſtatur eſt, dum  
 et omnibus uerbis et operibus meis large benedixit, et ita  
 clemens mihi adfuit, ut hunc in finem potuerim edicis mi-  
 raculis praedicationi meae conciliare fidem, et ut potuerim  
 credentibus et uerbum diuinum recipientibus Spiritum DEI  
 eiſque dona miraculoſa diſtribuere et imperti. Quae expo-  
 ſitio quum ipſis nitatur regulis hermeneuticis, rite appli-  
 catis, neque aliquid contineat, quod aut illis aut fidei ana-  
 logiae contrarium ſit, cur reiiciatur, non uidemus. Effic-  
 acia uerbi diuini concurſusque cum eo Spiritus Sancti, aliis  
 ex locis abunde ſolideque adſtrui poteſt; neque in toto hoc  
 loco deſunt cognoscendae eiſ ostendendaeque argumenta,  
 quamuis non ex hac phraſi poſſint deſumi.

(o) Bene

(o) Bene hoc agnuit ESTIVS: *Dependet haec pars, ut praecedens, ab eo, quod dixerat, per me CHRISTVS effecit. Et MOMMA: Ea quae CHRISTVS per eum egit, specificat, diciturque consistere I. in sermone - - II. in opere - - III. in potentia signorum - - - IIII. in potentia Spiritus S.* Quosdam uereor, ne laudabilis neque ullo modo hic taxanda uersio Megalandri, LVTHERI, die Heyden zum Gehorsam zu bringen, per accidens permouerit, uerbis nostris, quae praeter LVTHERI et PAVLLI mentem cum uerbo bringen nimis arcte coniunxerunt, alium sensum tribuere, ac par erat. Minime autem intelligentibus se approbabit RICHTERI uersio supra exscripta, qui nimis procul remota uerba *ναύχησιν ἔχω* huc trahens, scribit: Ich sage, ich kan mich in Christo rühmen der Krafft der Zeichen und Wunder, der Kraft des heiligen Geistes.

(p) Ex effectu quidem agnoscitur, *δύναμιν* fuisse miraculosam; sed uox ipsa tantum hic in genere uim et facultatem denotat, adiecta autem uerba determinant, qualis fuerit, nempe uis signorum et prodigiorum edendorum cet. Ut adeo non necesse sit, in hac uoce interpretanda loca illa adhibere, quibus *δυνάμεις*, Matth. VII, 22. XI, 20 cet. atque etiam singulari numero, *δύναμις*, miracula denotet, ut Marci VIII 39 cet. Vide I. M. LANGII Disp. de *demonstratione Spiritus et potentiae*, p. 15.

(q) Vide haec disputantes CALOVIUM, PAREVM, ESTIUM etc.

(r) Non equidem nos fugit, uariam his in uerbis deprehendi lectionem. Alii enim codices et exemplaria uocem *Θεῶ* plane omittunt, alii uocem *ἀγίας* substituunt. Saluo tamen hoc sensu; Scriptura enim sacra ad designandum Spiritum S. uel eius dona, nunc, et saepissime quidem, *πνεῦμα ἁγίων* habet, nunc *πνεῦμα Θεῶ*, u. c. I Cor, XII, 3. II, 14. VII, 40 cet; nunc solum nomen *πνεῦμα*, I Cor. XII, 4 sqq. Nihil igitur impedit, quo minus in recepta lectione persistamus. Ceterum conf. N. T. graecum Bengelianum, p. 656.

(s) Conf. CALOVIUM in bibliis illustratis, ZELTNERVM in bibliis germanicis, VVEINRICHIVM, COCCEIVM, PAREVM, de SACY cet.

(t) Vide HVNNIVM, CALOVIUM, CRELLIVM cet.

D

(u) Vi-

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

(u) Vidit aliquid GROTIVS, in haec uerba ita commentatus :  
 Hoc ad illas reuelationes , de quibus agitur 1 Cor. XII, et linguarum  
 dona pertinet. Haec erant Paullinae iεgyptias signa, multo ma-  
 gnificentiora, quam cidaris et poderes et tintinnabula. SCHLICHTIN-  
 GIVS : In uirtute Spiritus DEI, id est, qua Spiritus DEI datur  
 hominibus fidem amplexis, itidem per genitium effecti. Virtutis  
 eius interuentu CHRISTVS per PAVLLVM operatus est signa et  
 prodigia, et ipsam Spiritus DEI dationem credentibus. MOMMA:  
 Spiritus enim S. potenter ad praedicationem Apostolorum datus  
 et distributus fuit, imo et ad impositionem manuum Apostoli,  
 Act. XVIII, 6. Audiamus et ESTIVM : Haec pars trifariam ex-  
 poni potest. Graeci coniungunt cum uerbo praecedenti, ut subau-  
 diatur, factorum ; i. e. quae signa et prodigia facta sunt non dae-  
 monum praestigiis, sed uirtute Spiritus S. per me operantis. Alii  
 distinguunt a parte proxima et referunt ad obedientiam gentium,  
 quae est opus Spiritus S. Quae tamen expositio coactionis uidetur.  
 Tertio potest intelligi de charismatis Spiritus S., ut sunt dona lin-  
 guarum - - - Haec enim peculiariter ascribi solent Spiritui S. Et  
 hoc genus etiam alibi commemorat Apostolus inter ea argumenta,  
 quibus ueritas Euangelii confirmatur cet.

§ X

Denique confirmationem praecedentium, seu expo-  
 sitionem felicium horum successuum, quos per PAVLLVM  
 CHRISTVS in conuersionem gentium effecit, considerabimus  
 in ultimis textus nostri uerbis ; sed breuitatis studiosiores,  
 quam antea. Hos successus ita commendat, ut latissimum  
 ambitum regionum illarum commemoret, in quibus euange-  
 lium omni, qua par erat, fide huc usque praedicauerat. Id  
 enim uerbum *πεπληρωμένοι* indicat. Nisi contrahere uellemus  
 uela, possemus multas aliorum interpretum cogitationes af-  
 ferre, qui uel de hypallage, uel de impletionem retis, quo  
 pisces capiuntur, uel de alio expositionis modo cogitarunt,  
 aut chaldaicam uocis *מלא* significationem huc traxerunt ;  
 uide praeter alios VVOLFII *curas* et ESTIVM ad h. l. Sed plana  
 et facilia sunt omnia : *πληρῶν* significat *implere, explere, et*  
 quum

quum operi aut muneri alicui iungitur, sicut hic euangelio CHRISTI, id est, docendi et praedicandi illud officio, omnes partes et numeros eius implere notat, ut patet ex istis locis Col. I, 24. III, 17. Act. XII, 25. XIII, 26. et aliis. Vult igitur PAVLLVS dicere, totum successum muneris sui effectum fuisse CHRISTI, se ministro, ita ut ubique terrarum, in quas uenerit, sufficienter, clare, plene, perfecte et cum fructu euangelium praedicauerit, remotisque impedimentis perfecerit. *Ευαγγέλιον Χριστῶ* totam de CHRISTO doctrinam, eamque maxime laetam et salutarem hominibus, non exclusa lege eiusque praecipue CHRISTI meritum et beneficia patefacta fuerint, denotare, in confesso est, cap. I, 9 cet. Latissimum terrarum ambitum, quibus satisfecit suo docendi muneri, ut IOH. CORR. SCHVVARZ in *comm. gr. lat. N. T. πλερῶν* hic explicat, describens, memorat non tam terminum a quo, terminum intermedium, et terminum ad quem, sicut VVEINRICHIVS proponit, quam illum tantum, quem a quo et ad quem dicere solemus, iis, quae inter utrumque sita sunt, locis inde colligendis. Illum uocat *ἀπὸ Ἱερουσαλῆμ καὶ κύκλῳ*, ab Hierosolymis et circuitu; quae uerba non sunt separanda. Ibi praedicationis suae initium fiebat; inde profectionum suarum euangelii docendi causa susceptarum initium etiam capere uult. Conf. Act. VIII, 26. 28. 29. Gal. I, 18 sqq. Ibi habes, quae ab initio Hierosolymis et in uicinia fecerit, quanquam post tres demum annos ad metropolin illam Iudaeorum se conuerterit, prius non tam gentibus, quam Iudaeis aliorum locorum praedicans, quam a CHRISTO ad gentes fuerit missus, Gal. II, 7. *κύκλῳ* autem commode aduerbialiter exponitur, *circuitum*, *circuitumcirca*, ut loca Hierosolymis uicina et proxima intelligantur. Nihil igitur opus est, *κύκλῳ* illud cum FLACIO apud CALONIUM de toto

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
43  
294  
305  
319



illo ambitu, quem in circulo quasi peragrauit, exponere: quod potius inde colligitur, si utrumque extremum, quod hic memorat, simul sumitur, et deinde tandem totum illud curriculum efficitur. Addit enim etiam terminum *ad quem*: μέχρι τῆ ἰλλυρικῆ, quae est regio septentrionem uersus supra Graeciam sita. Latissimus itaque ille ambitus comprehendit totam Syriam, Asiam minorem et Graeciam. Conf. Acta apostolorum et scriptores uitae itinerumque PAVLLI; nobis enim ad finem huius sectionis properantibus, tempore abitus ex Academia destinati, et spatii praescripti exiguitate, urgente, prolixioribus esse non licet. Id solum annotabimus ex aliis, tractum hunc, recta tantum linea consideratum, comprehendere 350 milliaria germanica, et si conferatur tempus huius epistolae scriptae, confectum hoc iter esse intra 18 circiter annos; unde tam laborum periculorumque PAVLLI uarietas et multitudo, quam ubertas praedicati euangelii, summaque diuini uerbi efficacia patet luculentissime.

§ XI

Vt tandem uno quasi intuitu uerum, qui nobis uideretur, genuinumque sensum huius dicti ob oculos ponamus, ita illud liceat παραφραζεiv. Ne igitur miremini, o Romani, me confidentius et audacius scripta uos epistola admonuisse; id enim mihi incumbit, tanquam constituto gentium Apostolo. Neque infeliciter mihi cessit hoc meum officium; habeo potius iustam gloriandi causam, quam felicissimi in conuertendis gentibus successus hucusque luculenter comprobarunt, aut CHRISTVS potius ipse mihi testimonium perhibuit, cui omnia in solidum refero. Nam is ego non sum, qui auderem, mihi aliquid tribuere, quod non ipsa re CHRISTVS comprobauerit. Ille enim est, qui ea omnia, quae in munere meo peregi, effecit, scilicet, ut gentes a DEO auersae, conuerterentur ad ipsum, eumque solum fide et obsequio colerent; qua in re mea opera meoque  
mini-

ministerio usus, doctrinae meae meisque laboribus, itineribus, negotiisque cunctis ita clementer adfuit, ut ea omnia peragere ita potuerim, ut ex tanta ui miraculorum signorumque editorum, in primis uero, ex facultate mihi concessa, aliis uaria Spiritus S. dona distribuendi, auctoritas et certitudo efficaciaque muneris mei clarissime patuerit. Inde tam felices successus, ut ab ipsis Hierosolymis et uicinis locis longe lateque magno ambitu usque ad Illyricum ueram salutaremque doctrinam tot hominum millibus potuerim adprobare.

S E C T I O S E C U N D A  
D O G M A T I C A.

§ XII

Pertinet dictum, quod hactenus contemplati sumus, maxime ad locum de conuersione et poenitentia, insignem sane et ponderosissimi argumenti doctrinam: quam ex sacra scriptura et libris ecclesiae nostrae symbolicis repetituri, angustorum memores limitum, ad uocem cum maxime *ὑπακοή* tractationem adstringemus, qua PAVLLVS adhibita et finem et effectum omnium suorum consiliorum, actionum, sermonum, operaque, immo omnium eorum, quae se ministro CHRISTVS effecerit, totiusque muneris sui inter gentes obeundi, egregie describit. (x) Ea enim uox probe considerata plenissimo ambitu comprehendit totam conuersionem et poenitentiam, eiusque partes essentiales et consequens, nouam scilicet obedientiam, de quibus aequae ac aliis huc pertinentibus breuiter differendi locus erit. Quod enim PAVLLVS hic dicit, efficacem per ipsum fuisse CHRISTVM *εις ὑπακοήν ἐθνῶν*, quam alibi plenius *ὑπακοήν πίσεως*, et *ὑπακοήν Χριστοῦ* uocat, id clarius exponit *Act. XXVI, 16* seqq. missum se a CHRISTO memorans ad gentes, *ἀνοίξαι ὀφθαλμούς αὐτῶν, τὸ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκοτίας εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τῆ σατανᾶ ἐπὶ τὸν θεόν, τὸ λαβεῖν αὐτοῦς ἀφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κληρῶν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίσει τῆ εἰς ἐμέ.* Quae iussa

D 3

quo-

32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 294  
 305  
 316

quomodo exequutus fuerit, indicat *cap. XX, 21*, διαμαρτυρέ-  
 μένος Ἰσραήλις τε καὶ Ἑλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετανοσίαν, καὶ πρὸς τὴν  
 εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Omnia haec hoc loco compre-  
 hendit uoce ὑπακοῆς, quam supra ita descripsimus, ut pateat,  
 feliciter et apposite eam hic adhiberi. Est enim obsequium  
 prompto laetique animo praestandum CHRISTO, tanquam  
 supremo Domino, quo non tantum doctrina eius ut uera cer-  
 taque recipitur, sed ipsi etiam summo studio summus exhibe-  
 tur cultus, parendo ipsius mandatis eaque exacte obseruando,  
 omnemque ab ipso solo salutem et felicitatem expectando fir-  
 miter: quae omnia non nisi ab homine ad DEVM conuer-  
 so, eumque uera uiuaque fide apprehendente, prouenire  
 possunt. (y)

(x) Eos, qui de conuersione, poenitentia eiusque parti-  
 bus et consequente *et.* peculiaribus scriptis egerunt, larga manu  
 producit MICH. LILIENTHAL im theologisch-homiletischen Archiuario  
 pag. 296 seqq. 330 seqq. 336 seqq.

(y) Non immorabimur duplici uocis *conuersio* acceptioni, qua uel  
*transitiua* uel *intransitiua* dicitur, quum sit quoad rem una eadem-  
 que actio, et hoc loco utraque possit coniungi. Nam quod CHRI-  
 STVS effecerit ὑπακοὴν ἐθνῶν, est *transitiua*; quod omnia, quae  
 PAVLLO ministro effecta sunt, directa fuerint εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν,  
 est *conuersio intransitiua*, quae poenitentia uocari solet, neque  
 ab homine tamen suis, sed gratiae diuinae, uiribus peragitur.

§ XIII

Si conuersio est mutatio aut motus quidam spiritualis: at-  
 tendendum est ad hominis statum antecedentem et consequen-  
 tem, siue, ut loqui amant, ad *terminum a quo* et *terminum ad*  
*quem*. Inuenimus ista in uoce ὑπακοῆς, si oppositam ei παρακοῆν  
 consideramus. Nam ubi perducendarum ad ὑπακοὴν genti-  
 um mentio fit, ibi de praegressa παρακοῆ, aut absentia et caren-  
 tia obsequii cogitemus, necesse est. Ita autem gentium a DEO  
 alienarum statum et conditionem uocare, quis dubitet, prae-  
 eunte ipsa scriptura sacra? Sic PAVLLVS transgressionem primi ho-

hominis, infaustam omnis mali originem, quam paullo ante *παράπτωμα* dixerat, *Rom. V, 10* *παρακοήν* uocat, qua omnes nos peccatores declarati simus, et cui *ὑπακοήν* CHRISTI, acriam scilicet et passiuam obedientiam opponit, qua iusti declaramur. Sic *Hebr. II, 2* *παραβασίς* et *παρακοή* coniunguntur. Sic *1 Tim. I, 9* *ἀνομοί* καὶ *ἀνυπότακτοι* opponuntur τοῖς δικαίοις. Sic *2 Thess. I, 8* *μὴ εἰδότες Θεὸν* et *μὴ ὑπακούοντες τῷ εὐαγγελίῳ* eodem loco habentur. Est autem *παρακοή* neglectio obedientiae, contemptio, obstinatio: quae in homine nondum conuerso adesse quis neget? Adest etiam *ὑπακοή*, sed non *Χριστῷ*, uerum *τῆς ἀμαρτίας*, et quidem *ἰς θάνατον*, *Rom. VI, 16*. Conferantur etiam uoces *ἀπειθεῖα*, *ἀπειθεῖν*, *ἀπειθεῖς*, quae tam incredulos et fide carentes, quam non morigeros et inobedientes designant, *Rom. II, 8. X, 21. XI, 30. Tit. III, 3. Hebr. III, 6. coll. cap. III, 19* cet. Comparantur etiam hebraicae V. T. locutiones de non audientibus, aut inobedientibus, rebellibus, refractariis, *Es. XXX, 9. LXV, 2. Jer. V, 23. Ez. II* et multis aliis locis. Praeclare igitur per inobedientiam describitur status hominis nondum conuersi, et id, a quo recedere, quod abolere debet. Quorsum pertinent tum omnis generis peccata, quae quum aliquis peragit, nonne leges diuinas uel naturales uel reuelatas uel utrasque transgreditur, et inobediens fideique expers est? tum ea obedientia, quam non DEO, sed malo genio praestat, in cuius potestate seruitioque est; tum res mundanae, quarum peruerso amore ad migrandas leges diuinas misere abripitur. Miserrimus hic peccatoris status describitur tum in scriptura sacra, *Rom. VIII, 6. 7. 8. Eph. II, 2. III, 17. 18* cet. tum A. C. art. II, et Apologia uariis locis, et *Form. Conc.* partim in Epitome, p. 579 ed. RECHENBERG. partim in solida declar. p. 656. Missa autem et repudiata hac *ὑπακοή* et *ἀπειθεῖα* homo ille, qui hucusque mancipium Satanae et seruus peccati fuit, quando conuertitur, ad *ὑπακοήν Χριστῷ* perducendus est, id.

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
294  
30  
31

idque per fidem, qua CHRISTVM tanquam dominum suum agnoscit, colit, ueneratur, leges eius recipit, promteque obseruare paratus est, cum DEO per hanc fidem reconciliatus et uiribus gratiae instructus. *Habes terminum ad quem.* Redite-  
nim per fidem in CHRISTVM ad DEVM, a quo alienus erat, ei-  
que inimicus: nunc uero reconciliatus cumque eo unicus non  
audit, nisi DEVM, quem tanquam summum bonum ample-  
ctitur, et omni colit obsequio. Hoc est. *ὑπακούειν τῇ πίσει.*

§ XIII

Pergimus ad partes poenitentiae, quas recte Theologi nostri tantum duas faciunt, *contritionem et fidem.* (z) Vide Aug. Conf. Art. XII: *Constat autem poenitentia proprie his duabus partibus: Altera est, contritio seu terrores incussi conscientiae agnito peccato. Altera est, fides, quae concipitur ex Euangelio, seu absolutione, et credit propter Christum remitti peccata, et consolatur conscientiam, et ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.* Apol. A. C. p. 161 seqq. cetera. *Utramque comprehendit ὑπακοή, ad quam perducendae erant gentes. Quis enim transire ad illam a παρακοῆ potest, ut non hanc auerfetur, detestetur cum dolore et pudore?* conf. *Dart.* VIII, 5 sqq. Haec autem est contritio. Altera et praecipua pars est fides, eaque uera et uiua, qua contrita corda eriguntur et sanantur. Supra autem ostendimus *ὑπακοήν* PAVLLO subinde idem esse, ac *πίσιν*, et *μὴ ὑπακούειν* *Ἐυαγγελίῳ* idem est ac non credere Euangelio. Atque homo recedens a peccatis, et reuersus ad DEVM, in eumque credens, non potest non DEO obedire.

(z) Contra Pontificios, tres poenitentiae partes, contritionem cordis, confessionem oris et satisfactionem operis, fingentes disputat MELANCHTHON in Apologia pag. 161 sqq. et LVTHERVS in Art. Smalc. p. 321 seq.

§ XV

Pertinet huc consequens poenitentiae, quamuis alii tertiam eius partem uocare malint (a), seu digni poenitentia fru-  
ctus

ctus, quos IOHANNES dixit *Matth. III, 8.* Est autem serium et constans, ex ipsa fide ortum, propositum non peccandi, sed pie uiuendi, eiusque assidua et perpetua exsecutio, ita ut fides per caritatem efficax sit, homo conuersus per uires a DEO concessas sanctitati per omnem studeat uitam, et non nisi bona opera, uere talia, libere faciat. Quae omnia uoce ὑπακοῆς comprehendi eo minus dubitare licet, quo saepius uoce nouae obedientiae hac in re uti solemus. Conf. de fide et bonis operibus Aug. Conf. art. VI et XX, et Form. Conc. p. 589 et 700. BAUMGARTENII *theologische Moral* § 241. *Rom. VI, 17* seqq. *Eph. V, 8* seqq. *1 Petr. I, 1* seqq. Et ne finem et effectus poenitentiae praetereamus, ex parte hominum ii sunt iustificatio, peccatorum remissio et tandem salus aeterna. Quae omnia etiam talem ὑπακοήν, non ex merito operum, sed ex solo merito CHRISTI et gratia DEI, manent, quum CHRISTVS τελειωθεῖς ἐγένετο τοῖς ὑπακούσιν αὐτῷ πᾶσιν αἰτίος σωτηρίας αἰωνίας. *Hebr. V, 9.*

(a) Conf. Apol. Aug. Conf. pag. 165: *Nos igitur, ut explicaremus pias conscientias ex his labyrinthis Sophistarum, constituimus duas partes poenitentiae, uidelicet contritionem et fidem. Si quis uolet addere tertiam, uidelicet, dignos fructus poenitentiae, hoc est, mutationem totius uitae ac morum in melius, non refragabimur.*

§ XVI

Neque deest nobis occasio, ex dicto nostro de caussis conuersionis et poenitentiae differendi. Nam efficientem principalem PAVLLVS CHRISTVM dicit, qui se ministro omnia operatus sit *eis ὑπακοήν ἐδωκέν, cui etiam tribuitur Act. V, 31;* quemadmodum generatim DEO, *Eph. II, 4* seqq. *1oh. I, 13;* et quum opus sit ad extra, adeoque indiuisum et omnibus tribus personis commune, Patri, *Col. I, 12, 13. 1oh. VI, 44;* et Spiritui Sancto, cui ἀνακρίνωσις adscribitur, *Tit. III, 5,* et ad eum aliis locis peculiari ratione et appropriatiue refertur opus conuertendi homines. Conf. Form. Conc. p. 579.

E

§ XVII

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31

§ XVII

Sed quum conuersio nunc transitiue, nunc intransitiue sumatur, eiusque priore acceptione consideratae causa efficiens DEVS sit et esse possit solus: quaeri posset, an non eius intransitiue spectatae causa sit homo ipse, utpote qui saepius in scriptura se conuertere dicitur, ut ad DEVM redeat, serio admonetur, cet. Sed tantum abest, ut propterea causa conuersionis suae efficiens dici queat, ut potius, tanquam mortuus in peccatis, prorsus nihil ualeat, omnibus uiribus spiritualibus destitutus sit, omniaque a DEO ipso proficiantur necesse sit, qui καὶ τὸ θέλει καὶ τὸ ἐνεργεῖν efficit, *Phil. II, 13.* Quoties igitur ea homini tribuitur, indicatur tantum, eam peragi in homine non morose repugnante et consentiente, atque requirere praeuium illius statum ad praeuenientis gratiae operationes relatum, singulisque uocationis diuinae operationibus uires offerri, quibus haec mentis mutatio perficitur, dicente BAVMGART. *in thes. theol. p. 300.* Conf. Aug. Conf. Art. XVIII et Form. Conc. pag. 519 et 655 seqq. Ita uero se habet homo mere passiuè in ipso conuersionis initio, quamuis in progressu per acceptas iam ante nouas uires, actiue se habeat et cooperari incipiat gratiae diuinae; quae nunc latius exponere nobis non licet, prouocantibus ad l. c. Formulae Conc.

§ XVIII

Causam ministerialem ut paucis consideremus, seu eos, quorum ministerio ordinariè (b) DEVS in conuertendis hominibus utitur, facit PAVLLVS, *di eius*, inquit, CHRISTVS haec effecit. Ministri igitur sunt CHRISTI, iidemque ecclesiae, quorum operam ille adhibet, ut media, de quibus statim, applicent hominibus, eosque ad DEVM ut redeant, omni cura studioque hortentur et alliciant: nam, teste art. V A. C., *ut hanc fidem consequamur, institutum est ministerium do-*

*docendi Evangelii et porrigendi sacramenta.* Conf. 1 Cor. III, 15.  
Act. XXVI. 17. 18. 1 Cor. III, 5 seqq.

(b) BAVMGART. theol. Moral, § 71 scholio: Alle Personen, die von göttlicher Vorsehung zur Bekanntmachung der Heilsordnung, und Bearbeitung anderer durch dieselbe, gebraucht werden, sind Werkzeuge ihrer Bekehrung.

§ XVIII

Causam instrumentalem siue media, quibus effecta fuit haec ὑπακοή, PAVLLVS indicat his uerbis: λόγῳ καὶ ἔργῳ cet. qui et memorat, se πεπληρωμένον τὸ Ἐυαγγέλιον χριστοῦ, quod supra diximus totam de CHRISTO et uia per eum ad DEVM perueniendi, doctrinam significare, sicut λόγος totam praedicationem Paullinam denotat. Igitur (ut de ἔργῳ deinceps dispiciamus) medium et causa instrumentalis conuersionis est uerbum DEI, quod in legem et euangelium dispescitur: illa homines ad agnoscenda peccata sua et dolores de iis concipiendos adiguntur, hoc autem talis agnitio salutaris efficitur, et fides in CHRISTVM excitatur, ad consolandas misere afflictas mentes et apprehenso CHRITI merito cum DEO reconciliandas. Lex itaque homini peccatori detegit παρακοήν, qua huc usque DEO aduersatus erat, et peruersam illam ὑπακοήν, qua Satanae, mundo suisque cupiditatibus obtemperauerat, et, ob oculos posita iusta DEI ira et uindicta, terret et doloribus complet mentes, contritionemque efficit; ac euangelium, ostenso medio, hanc iram euitandi, et cum DEO in gratiam redeundi per CHRISTVM, producit illam ὑπακοήν, qua pleno consensu ueraque fiducia apprehendimus Redemptoris meritum, atque per illud iusti coram DEO declaramur, seu ueram fidem, quae quum praeterea uiua et per caritatem efficax esse debeat, non deerit noua obedientia, per sanctificationem et renouationem strenue continuanda. Conf. F. C. articulos de lege et euangelio, et de seruo legis usu. Tantas igitur quum mutationes, easque su-

32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31



pernaturales uerbum diuinum in homine producere possit, et rite adhibitum, uere producat, omnino diuinam eius uim et efficaciam agnoscimus et ueneramur, utpote cui, breuiter, ac solide dicente BAIERO in *comp. theol. pos.*: non nuda *suasio moralis tribuenda est, sed, ob concursum DEI, uirtus multo nobilior et altior, quam quae doctrinae uel orationi, etiamsi maxime idoneae ad persuadendum, tribui potest.* Verum non licet nobis nunc, ut antea animo conceperamus, pluribus agere de ista uerbi diuini, praeter naturalem, supernaturalem et uere diuinam efficaciam, concursuque cum uerbo suo Spiritus sancti. Interim niti hanc doctrinam constat praecipue locis istis, *Rom. I, 16. Iob. VI, 63. 1 Theff. I, 5. 1 Cor. II, 4. 5. Ephes. I, 18. 19* cet. conf. disp. de *efficacia S. Scripturae naturali et supernaturali*, a. XXXXII huius saeculi sub praesidio Baumgarteniano habita. Patet eadem etiam ex nostro dicto, ubi disertis uerbis, quae CHRISTVS per PAVLLVM λόγῳ effecerit, memorantur, cuius igitur uirtus infinita et diuina cum uerbo suo intime coniuncta hos supernaturales effectus produxit, ut perductae fuerint ad ὑπακοήν gentes; ut nihil nunc dicamus de maxime memorabilibus uerbi diuini per praedicationem Paullinam fructibus, tam paucis annis, tanto terrarum regionumque ambitu, inter gentes barbaras incultasque aequae ac sapientiae humanae studio claras; ex quibus necessario intelligitur, diuinam uerbo huic inesse uim et efficaciam.

§ XX

Ἔργῳ, quod addit PAVLLVS, supra diximus, cum maxime miracula intelligi debere, et uim, supernaturales effectus producendi, qualis est δύναμις σημείων καὶ τεράτων, et δύναμις πνεύματος θεῶν, sicut statim PAVLLVS, semetipsum explicans, addit. Haec omnia prorsus non confundimus cum ipsis mediis efficiendae gentium ὑπακοῆς, sed fatemur, pertinuisse ad

ad praeparationem animorum , ut eo lubentius et attentius  
 uerbi diuini praedicationem audiuerint , suisque praëiudiciis  
 et peruersis opinionibus ualere iussis , locum in cordibus  
 suis fecerint uerbo praedicato, illud tanquam uerum , certum,  
 diuinum , fideque dignum receperint , eiusque salutaribus  
 operationibus exserendis non amplius posuerint impedimen-  
 tum. Quae olim in ecclesia plantanda necessaria quidem et  
 utilia fuisse notum est , at nunc non expectanda aut expeten-  
 da ; quamuis ipsa conuersio , ui supernaturali producta , mi-  
 raculum dici possit , quemadmodum totum regnum gratiae,  
 respectu regni naturae miraculum est , neque nulla in regno  
 gratiae miracula dentur , quae uberius et solide persecutus  
 est Vir Maxime Reuerendus et Doctissimus Dom. M. IOH.  
 CHRISTO. THENN , Templi nunc Minoritani in dulcissima  
 patria Diaconus bene merentissimus , quem olim Praecepto-  
 rem auscultare et uenerari datum nobis fuit , in diss. quam  
 praesidio Baumgarteniano fultus *de miraculis in regno gratiae* ,  
 ante hos sex annos , habuit et publicae luci commisit.

SECTIONO TERTIA  
 PRACTICA.

§ XXI

Paucis tandem , quae ad uitae usum ex dicto nostro  
 elici possunt , delibabimus , ea quae ad ministrorum ecclesiae  
 officia pertinent , priore , et quae sunt auditorum , posteriore  
 loco proposituri. Quod ad illos attinet , 1) probe memine-  
 rint , primariam suam dotem esse coniunctionem cum CHRI-  
 STO per ueram fidem , cui confirmandae et amplificandae  
 semper studeant , ut consciis sibi possint esse , CHRISTVM  
 per ipsos operari et efficacem esse , 1 *Cor.* XV , 10. *Gal.* II , 20.  
*Phil.* III , 13. 2) Caueant gloriari de se suoque labore et opera,

32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 29  
 30  
 31

CHRISTO potius omnem tribuant gloriam, 1 *Cor.* XV, 10.  
 3) Si felices effectus et successus ministerii sui senserint, aut multum in ecclesia laborauerint sudauerintque, data quidem occasione, ut celent occultentque, necesse non est: sed licet, eos memorare, ita tamen, ut omnia ad CHRISTVM referant, ipsique in solidum adscribant, 2 *Cor.* XI et XII.  
 4) Summae sibi gloriae ducant, esse ministros CHRISTI, 1 *Cor.* III, 1; et inseruire commodis ecclesiae: non autem praesumant dominari gregi, 1 *Petr.* V, 3. 5) In obeundo munere suo λόγον καὶ ἔργον sollicitè coniungant, non sola uerbi praedicatione publica illud absolui putantes, sed omnes curas, omnes vires, omne tempus et studium, et quicquid ab ipsis proficisci potest, priuatim et seorsim etiam, perducendis ad DEVM auditoribus consecrent, *Act.* XX, 31. 6) Inculpatae vitae esse oportet, ut gregis sui sint exemplum, 1 *Tim.* III, 12. 7) Non quaestum et lucrum turpe, aut commoda terrena et temporalia sectentur, sed omnia ad efficiendam auditorum ὑπακοήν et salutem eorum aeternam promouendam referant, 1 *Petr.* V, 2. 1 *Thess.* II, 19. 20. 2 *Cor.* XII, 14. 8) Omnia a DEO concessa dona, et supernaturalia, et naturalia, quae studio et opera consequi oportet, in eum finem adhibeant. 9) Studeant, πλεῖν euangelium, plene et abundanter sufficienterque docere, immo πλεῖν officium suum, *Col.* III, 17. 10) Nulla incommoda, aut pericula fugiant et detrectent, DEI auxilio freti. 11) De felicibus laborum suorum successibus laetentur et solatium capiant, sicubi frustra laborare uideantur. 12) In illos maximam impendant curam, quos adhuc a DEO alienos esse sciunt.

§ XXII

Auditorum est, 1) ut probe considerent finem ministerii ecclesiastici, qui est eorum ὑπακοή. 2) Semper meminerint, ipsum CHRISTVM per suos ministros cum ipsis agere. 3) Praestare

stare studeant ὑπακοήν, non addiscendo tantum doctrinam sacram, sed et uita exprimendo, obedientiamque actiue et passiuè DEO praebeant. 4) Neque obliuiscantur obedire doctoribus suis, *Hebr. XIII, 17.* 5) Omnia ea prompto laetique animo agant. 6) Ne morose et malitiose resistent λόγῳ et ἔργῳ doctorum suorum, sed impedimenta potius remoueant. 7) Media salutis rite adhibeant, neque insoliti aliquid aut miraculum expectent. 8) Operam, curas, labores doctorum suorum grati agnoscant, et in primis frequentibus et ardentibus precibus DEO commendent, *Eph. VI, 18, 19. Col. III, 3.* 9) Cogitent, rationem DEO reddendam esse olim neglectae opportunitatis, quam habuerint, ad DEVM perueniendi.

S. D. G.



**E**fficax VERBUM est DOMINI DEIQUE,

Improbos pungens, aliquando mutans;  
Et bonam mentem generans fideli,

immo salutem.

Ergo Tarsensis, referens Magistrum,

Claruit dietis grauibus, stupendis

Inclutus factis simul, inter omnes

praeco potenter;

Hunc sibi HARDERI merito canendum

Musa delegit. Sed ego quid addam?

VIVE, mox, HARDERE, potens futurus

praeco salutis.

Praestantissimo Dom. I. I. HARDERO,  
Commilitoni et amico certissimo, honoratissimo,  
uitae gloriae aemulo felicissimo,

Ὅλβια ζύμπαντα γ' ἐπευξάμενος

FELICITER istud accinit

D. I. B. BERNHOLD,

PRAE-


32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
29  
30  
31


PRAESTANTISSIMO DOMINO AVCTORI RESPONDENTI

S. P. D.

D. IOH. AVGVSTIN. DIE TELMAIR.


Opportuna mihi accidit occasio palam faciendi, quantum TE amem, quantique TE faciam; cumque academiae nostrae propediem ualedicturus, dissertationem diligenter elaboratam pro Cathedra defendendam in TE susceperis, non tam ex more, quam ex merito TIBI gratulor. Stetisti iam superiore anno, et cum laude stetitisti in hac arena, cum me praeside articulum XV. Aug. Confessionis ex b. Gerharo repetitum egregie propugnares; stabis igitur et hodie non sine laude. Ita simul finem facies exoptatum laborum, quos per complures iam annos indefesso studio urgens, non sine insigni fructu exantlatos esse re ipsa testaris. Quis non optima quaeuis de TE speret in posterum? Ego certe, qui Tuam in disciplinis sacris diligentiam, Tuam pietatem, Tuam modestiam, et quicquid eximii prae multis, uel a Deo accepisti uel usu et exercitatione assecutus es, probe noui, praeclara quaeuis a TE expectari posse nullus dubito. Sospes igitur felixque in patriam redi, uberrima uirtutis praemia expectaturus, et ecclesiae Christi ita profuturus, uti profuisse Harderos olim, adhuc celebrat Augustana ciuitas. Vale.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn861924274/phys\\_0048](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn861924274/phys_0048)

DFG



ea ad difficillima quaeuis paratissima. Comparebo igi-  
traefidi Summe reuerendo obseruantiam quam nullum  
rabit declarem, Tibique elegans eruditionis specimen  
er, quam ut inexercitatus in scientia quam profiteris  
oribus argumentis Te detineam. Faxit Deus ut ex lit-  
naris magnum in rem publicam sacram redundet emo-  
c enim Deo, ciuitati Sacrae, litteris, porenti summe re-  
bi semper uiues feliciter, quod ex sincero affectu appe-  
ntissimus. Ded. Hal. Sal. d. xvii. Iul. clō lo cc xxxxiij.

## VMATISSIMO AMICO SVO

S. P. D.

S. DITERICH. OPPON.

ga TE animum, tamen si aliunde iam satis perspectum TI-  
se sperabam, AMICE AESTVMATISSIME: tamen,  
tam pulchra occasione, faciendum mihi putauit, ut no-  
nento TIBI significarem. Poscere enim a me uidebatur,  
um est, amicitia, ut de felici studiorum TVORVM suc-  
orbi egregio specimine nunc probando, non in sinu fo-  
ce etiam laetarer; quod si intermitterem, nae, ipse mihi  
er amore isto, quo TE adhuc complexum me esse non  
audeo. Noli autem hic a me exspectare laudum TVA-  
ia. Neque enim is ego sum, qui aliorum laudes pro di-  
cornare ualeam; neque TE mea commendatione indige-  
um ingenii, doctrinae atque diligentiae TVAE alios ha-  
ge illustriores, inter quos non ultimum sibi locum uindi-  
A disputatio, quam propediem defensusurus es, bonorum  
um ferens certissime. Cuius ita me semper participem  
boni superi, ut ego praeclaras hasce eruditionis TVAE  
ero magis, quam e consuetudine TIBI gratulor, atque  
is affirmo, numquam me esse commissurum, ut meum er-  
requiri abs TE possit. Vale belissime. Dabam Halae  
vii. Iul. clō lo cc xxxxiij.

HAI-